

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9250

Auteur(s) : Hugues de Châteaugiron [particulier]

Bénéficiaire(s) : Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1112-1202]

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Charte de Hugues de Châteaugiron confirmant à l'abbaye de Savigny les dons faits par ses hommes.

Tableau de la tradition

Original

A. Paris, Archives Nationales, L 977, n° 1256.

Éditions principales

a. MORICE Hyacinthe, Mémoires pour servir de preuves à l'histoire ecclésiastique et civile de Bretagne, tirés des archives de cette province, de celles d'Angleterre, des recueils de plusieurs sçavans Antiquaires, et mis en ordre, Paris, Imprimerie Charles Osmont, 1742-1746, 3 vol, t. 1, col. 781-782.

Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Redonensi, n° IV)

Texte d'après A

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Notum sit universis Sancte ecclesie fillis tam presentibus quam futuris quod ego Hugo de Castello Giron cum uxore et filiis meis Gualerano et Gaufrido et Guillelmo pro salute animarum nostrarum et antecessorum et omnium amicorum nostrorum concedo donationes quas fecerunt coram me homines mei has scilicet Herveus de Sesson dedit ecclesie Savigneii quicquid habebat in decima terre de Moschons concedente uxore et filio eius Herveo et Esveillardus similiter omnem decimam quam in eodem Brollio habebat dedit concedente uxore et filiis suis. Idem etiam Esveillardus concessit donationem quam fecerunt homines sui istam scilicet Herveus Rufus, Johannes filius Berengarii, Godal, Gaudin et Trosserius cum favore uxorum et filiorum suorum dederunt omnem decimam quam habebant in terra de Vals et in terra Huberti. Testes harum donationum Esguare de Ver et Hamo de Fauc et Gaufridus et Radulfus et Adam et Alanus de Moschons. Eodem modo Radulfus de Sesson et Guillelmus filius eius et Esguare de Ver dederunt quicquid habebant in decima predictae terre et Vals et in decima terre Huberti. Testes et plegii donationis Radulfi et filii eius Herbertus Suma, Hubertus de Sancto Albino, Teobaldus filius Huberti. Testes donationis Esguare de Ver, Herveus de Sesson et Esveillardus. Has supradictas donationes ecclesie Savigneii factas ego Hugo concedo predictae ecclesie Savigneii in perpetua elemosina possidendas liberas et ab omni exactione quietas et coram testibus confirmo scilicet Gervasio de Vitreio et Rainaldo filio eius et Gaufrido de Moschons et Gaufrido filio Hugonis et Gauterio filio Briencii et Radulfo

de Servun et Mauricio et ut firmiter permaneant signum crucis propria manu. SUBSRIBO : Signum Husgonis + Signum Hervei + Signum Esveillardi.